



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Sacrilegium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](#)

si pater tuus viueret, an te innuptam viuere  
pateretur? respondisse eam, Et ideo fortasse  
mortuus est ne impedire posset. Neque vero  
multum temporis intercessisse cum hic qui i-  
ta instabat, morte sublatus est, tamq; persua-  
sum suis omnibus ob hanc caussam esse sub-  
latum ut cæteri, idem sibi quisq; metuentes,  
fueruere cœperint, qui antea tātopere repugna-  
bant.

vi exc. 2. in  
loco de Pa-  
tentib. &c.

### RELIQVIAS SANCTORVM violantes puniuntur.

**C**Vm Caluinistæ Turonis ossa S. Martini **Tho. Boz.**  
in ignem conieciſſent ad interneſionem **desig. Eccl.**  
uncti à Catholicis miserrimè bis fuere con- **Tom. 2. ſi-**  
ſili, vlcifcente Deo iniurias ſanctissimi viri. **gno 96. c. 3**

### SACRILEGORVM POENAE.

**P**Hocenses templum Apollinis occupau- **I.**  
re, inde auro & pecunia diuites conducto **Iust. lib. 8.**  
mercenario milite bellum Thebanis intule- **Prædones**  
runt. Contra hos Thebani Thessaliq; Philip- **temporū**  
pum Macedoniae Regem ducem eligunt qui **puniūtur:**  
quasi sacrilegij vltor eſſet, omnes milites co- **ſeu bono,**  
ronas laureas sumere iubet, atq; ita veluti Deo **rum Eccle-**  
duce in prælium p̄ergit. Phocenses insignibus **ſiarum in-**  
Dei conspectis, conscientia delictorum terri- **uſoſes ra-**  
tiabieſtis armis fugam caperſunt, poenaſque **ptores, &**  
violatae religionis sanguine & cædibus suis **viſupato-**  
pendunt. Recte ergo Baptista Fulgoſius ait: ſa vindicta **res diuina-**  
Gentilium religio etſi à veri Dei cultu pluri- **tus immi-**  
percellit.

Ff 3                  mum

Religionis  
sanctitas  
grauis sem-  
per vitione vel colebant vel credebāt, sed ipsorum, in eo  
defēsa aut quod recte se credere arbitrabantur, ardens  
insigni ho- studiū singularemq; obseruantiam non ingre-  
minūclade tam fuisse: id quod multis portentis p̄cūlī  
vindicata. aduersus religionis violatores ostendebatur,  
Sabell.

2. Catilinam nunquam permisissent Dijs, at  
Sallust, vinci, nisi templum ipsis cōsecratum  
spoliasset. M. Marcellus eo ipso die quo Fe-  
bruæ templum cremauit in pugna cæsus est.  
4. Iulium Cæsarem Suetonius refert ab eo  
tempore quo fana ac templa Deorum in Ga-  
lia expilauit noctu semper à Dijs perterre-  
ctum.

Cap. 54. 5. Xerxes Græciæ bellum illatus ante om-  
nia quatuor equitum & totidem peditum mil-  
lia Delphos, vt templum Apollinis quodisi-  
erat euerterent, præmisit. Cum autem  
barbari templum Apollinis quod euersum-  
bant in conspectu haberent, tām atrox subi-  
to tempestas illos oppressit vt grandine &  
fulminibus in campis illis exanimarentur.  
niuersi.

6. Brennus unus è clarissimis Gallorum  
Panfan. li. cibus cum Græcos vicisset omnes templorum  
Iop. Iustin. thesauros diripere decreuit. locupletes Dei  
lib. 24. largiri hominibus oportere inquiens, &c  
Cum ergo primum templum spoliarentur  
tis sagittarum imbribus obruti fuerunt, vi-

Bro

Brennus dux occumberet, & ex tanto exercitiu nemo vel nuncius ad memoriam tantæ clavis supereffet.

Sextus Pompeius prælio nauali ab Octavio Augusto victus cum stipendia milites flatiarent, nec haberet vnde illis satisfaceret, iussit ut templo Iunonis euerso thesaurisque diuisis ipsi sibi facerent satis. Non diu post Sextus Pompeius ab equitibus M. Antonij fuit captus & ad Titium copiarum illius prefectum deductus qui his illum verbis compellauit: Non te, mihi crede, occidi, Sexte Pompei, iubeo propter illatas M. Antonio domino meo iniurias, sed quod templum evertisti & spoliasti Iunonis, cum te non fugi- est ac plane abenos duces inimicitias obliuisci aduersariorum & iniurias persequi Deorum offendit debere. Recte hæc Titius, nam leges humanæ non minus capitibus damnant eum qui lora Primum( regiam) principis oppugnat aut spoliat, quam qui violentas corpori manus adfert.

Rex Iosas thesauros templi temerè surripiens à seruis suis est interfectus.

Dan. 1. 4. & 5. ca. Agitur de pœna Nabuchodonosoris Regis qui abstulit vasæ domus Dei: scenum vt bos comedit, &c. & de funesto casu Bathasaris Regis qui sacris vasis temulentus abutchatur: apparuerunt digiti, &c.

I. Machab. c. 1. 2. 6. Narratur prolixè quomodo scelestissimus Rex Antiochus obppha-

Ff 4 natum

7.  
Appian.  
l. 5. annal.

Dio li. 49.

Polyb. De-  
struere tē  
pla rabiosi  
hominis  
est ac plane  
furentis.  
Tacit. Sit  
sanctus  
in suo do-  
ceps. Reip.  
injuriis ne  
largiatur.

8.  
4. Reg 12.  
2. Par. 26.

2.

10.

II.

natum & spoliatum templum Hierosolymitanum varijs malis ac doloribus afflictus miserima & horribili morte meruerit interire,

12.

vii. Ioseph.  
ca. 4. li. de  
Macc.

2. Mac. 3. Heliodorum templum Hierosolymitanum diripientem angeli duo flagrissimum & largissime cooperuerunt. Ecum non pareret Oniq̄ docenti pecunias templi esse sacras & dicatas, nec nisi in usum pauperum, viduarum, pupillorum, & ministrorum De-

vi. c. 9. li. 1. conferendas, populo & clero ad precandum Mac.

Deum contra sacrilegium confugiente abo-  
quite terribili diuinitus in terram elius, duobus angelis lethaliter flagellatus, visque  
vitae precibus & sacrificio Pontificis redditus re infecta redire coactus est. Nec ærarium Do-  
mini pecunijs expilare potuit.

13.

2. Mac, cap. 4, & 8. Lysimachus multissimis templo commissis sacrilegijs ante ærarium interficitur. Callisthenes cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur. Capite, &

14.

sacrilegum Menelaum ducem & hortatorem

15.

Antiochi ad expilandum templum & vix  
Deo consecrata auferenda grauis poena sub-  
sequitur.

16.

Erat quidam Iudæus qui, ne legibus po-  
nas daret, metu solum verterat, vir modis  
mnibus pessimus, is Romæ agens gerebat  
pro Mosaicæ legis interprete, ascitis in soci-  
tatem tribus alijs per omnia sui similibus. He-  
cum se in disciplinam dedisset Fulvia mulier  
nobilis amplexa legem Mosaicam, perlunga-

unt ei, ut purpuram & aurum in Hierosolymitanum templum mitteret, quæ accepta in proprios usus verterunt, quod ante destinaverant. Id postquam Tiberius Caesar ex amico suo Saturnino ipsius Fulvius marito de iniuria coniugi facta quæsto cognouit, iussit universos Iudeos ex urbe pelli, ex quibus consules delectu habitu, quatuor millia militum miserunt in Sardiniam: plurimos etiam, qui ob patriam religionem detrectabant militiam, affecerunt poenis grauissimis. Ita propter quatuor sacrilegos omnes Iudei coacti sunt urbe cedere. Ioseph, li. 18, antiq. c. 5.

Vasa Hierosolymitani templi à Tito Vespasiano capta & à Genferico Vandallo Roma inter alia spolia in Africam delata, & per multas Romanorum & Vandalorum principum familiias vagata omnibus possessoribus vindicatis eversisq; nonante quieverunt quā Vandalarum imperio deleto Belisarij ductū, captoq; Gilimere postremo eius gentis Rege, lupinis si. Justiniani Augusti iussu Hierosolymam sunt dibus si relata, nobilissimo triumpho post tot ætates de religionis hostibus suisq; violatoribus parato: Ioan. Marian. li. 1. de Rege, &c. c. 10. vbi & de poenis M. Crassi, Cn. Pompeij, Antiochi, Nabuchod &c. Baron. Anno Chr. 534. ex lib. Procopij, de bello Vand.

Plutarchus de sacrilego sui proditore: Erat inquit, apud Lacedæmonios delubrum Palladium, id sacrilegi quidam spolarant, &

Ff 5

reper-

17.  
Plin. à pena  
nis aquilæ  
aliarum a.  
litum pena  
næ ijs mix-  
tæ devorâ-  
tur: alij me-  
morant de  
lis in una  
chely intē.  
dantur eas  
arrodere,  
occulta  
quadā vi  
naturæ.

18.

reperita est in templo lagena vacua. facta igitur populi concursu plerique disputabant quid sibi vellet ea lagena. Hic quidam ex altariis: Si vultis, inquit, exponam quid ego conciētem de lagena. arbitror sacrilegos cum al. cicutam hoc facinus adornarent, aconitū bibisse, atque hoc consilio vinum detulisse secum ut si rem perficerent & latere contingeret mero epoto lingua quo acveneni vi diluta discederent incolumes, in vadis? minus expedito genere mortis, quod doloris sensu vacaret, effugerent quæstionis tormenta. Hæc cum ita narraret, non quasi diu nans, sed quasi rem compertam habere, alius aliunde cœpit appellare hominem. Heus tu quis es? quis te nouit in hac vrbe? vnde ista tam exacte scire potuisti? quid multis? deprehensus est miser & sacrilegium confellit, &c.

**19.** Gregorius Turon. De gloria martyrum lib. 2. c. 17. narrat quendam qui in Gallia oves Ecclesie S. Iuliani abstulerat diuina vltione comburi cœpisse, adeo ut membra eius tanquam ex vero incendio nigredinem contraherent, actantus inde fœtor exhalaret, ut ab altariis tolerari vix posset, quibus recedentibus res Ecclesiæ spiritum exhalauit. De quo hanc dubium est, ait Greg. qualcm illic teneat locum, qui hinc cum tali decessit iudicio.

**20.** Idem Gregorius refert historiam, quæ docet non sine diuina vltione peccare ei

qui vel minimum quid è rebus Ecclesiæ au- Martini  
ferunt, quæ vel seruientium vsui vel paupe- lib. 4.c.7.  
rum almonijs sunt destinatæ his verbis: An-  
te ædis S. Martini porticum vitium, came- Si Deus, ve-  
ra extensa per traduces dependentibus vuis sacrilegos,  
quasi picta vernabat. Cumque Rex (Miro) iugèti sup-  
erb hac præteriens camera hoc templum a- plicio affe-  
dit, dixit suis: Cauete ne contingatis v- cit Ecclesia  
num ex his botrionibus, ne forte offensam rum orna-  
fancti eius incurratis. omnia enim quæ ha- mētorum  
bentur in hoc atrio, ipsi sacra sunt. Hoc res, ergo expilato-  
audiens vnum puerorum, ait intra se: vtrum maximis  
sint hæc huic sancto consecrata, an non, præmijs  
ignoro. vnum scio, quia deliberatio ani- augebit res  
mi mei est de his vesci. Et statim iniecta ligiosos vis-  
manu botrionis caudam cœpit incidere, ros, eorun-  
protinusque dextera eius adhærens came- dem largi-  
re arente lacerto diriguit. Erat autem mi- tores.  
mus Regis, qui ei per verba iocularia lœti-  
tiam erat solitus excitare; sed non eum adiu-  
vit cachinnus aliquis, neque præstigium ar-  
ris suæ, sed cogente dolore voces dare cœ-  
pit, ac dicere: Succurrite, viri, misero: sub-  
uenite oppresso, releuate appensum, & S.  
Antifititis virtutem deprecamini, quia tali  
exitu crucior, tali plaga affligor, tali incisio-  
ne disiungor. Egressus quoque Rex cum ea  
qua acta fuerant didicisset, tanto furore con-  
tra puerum est accensus, vt eius manum vel-  
let incidere, si à suis prohibitus non fuisset.

Dicen-



Dicentibus tamen præterea famulis: Noli o  
Rex, iudicio Dei tuam adiungere vltionem,  
ne forte iniuriam quam minaris pueru, in te  
retor queas. Tunc ille compunctus corde, in-  
gressus basilicam, prostratus coram sancto al-  
tari, cum lacrymis preces fudit ad Dominum,  
nec antea à paumento surrexit, quām flumen  
oculorū huius paginam delicti deleret. Quo  
à vinculo, quo nexus fuerat, absoluto, ac in  
silicam ingresso, Rex eleuatur è solo, & cice-  
cipiens incolumem famulum palatum rep-  
tiuit.

lib. 4. c. 16.  
Blasphe-  
mus in San-  
ctos puni-  
tur.

Leo Pictaviensis, ut Greg. refert Turonen-  
sis, fertur dixisse, quod Martinus & Martialis  
confessores nihil Fisci viribus vtile reliqui-  
sent, & statim percussus à virtute cōfessorum,  
surdus & mutus effectus amens est mortuus.  
Venit enim miser ad basilicam S. Martini Tu-  
ronos, celebrauitque vigilias, dedit munera,  
sed non eum respexit virtus consueta, cum ip-  
sa enim qua venerat infirmitate regressus es-  
t. hæc Greg. In his se hominem rapacem in bo-  
na Ecclesiæ vltio secuta declarat.

22.  
de glor.  
mart. c. 66.  
Cōplures  
alios illis  
temporib'  
iniecisse  
manus in  
bona Eccle-  
siastica alia

Idem Greg. Quinq; ait, viři sacrosanctum  
oratorium domus Iciacelis furtim appen-  
habentur autem in eo S. Saturnini reliquie,  
interruptoque ablatis palliolis vel reliqui-  
ministerij ornamenti, nocte tegente, dile-  
dunt. Sed presbyter recognoscens furum,  
ac inter vicinos scrutans, nullum poru-  
his quæ ablata fuerant indicium reperi-

## SACRILEGII.

461

rotinus vero latrones, qui hæc admis-  
erunt, in Aurelianense se territorium transtu-  
runt, diuissimè rebus, accepit unusquisque  
partem suam, sed mox in sequente vltione di-  
uina, quatuor in seditionibus interfecti sunt:  
quintus vero totam furti huius hæreditatem  
superstes remanens vendicavit. Sed ubi hæc  
in domum suam contulit statim, obteftis san-  
guine oculis, excæcatus est. Tunc compun-  
tus tam doloribus quam inspiratione diui-  
nouit, dicens: Si respexerit Deus miseriam  
meam, & mihi visum reddiderit, referam lo-  
co illi sancto quæ abstuli. Et hæc cum lacry-  
mis orans, visum recepit. Accedens vero ad  
oppidum Aurelianense, prouidente Deo, dia-  
tonum Aruernensem inuenit, cui traditis re-  
bus suppliciter exorauit, vt easdem oratorio  
restitueret, quod diaconus deuotus impleuit.  
hæc Grcg.

Leo 4. Imp. Constantini Copronymi filius  
cum auream coronam quam Mauritius in Ec-  
clesia S. Sophiae Deo sacrauerat inde ablatam  
suo capiti imponeret mox in febrem lethife-  
rem incidit. Atq; vt constaret mortem illam  
non fuisse naturalem, sed vltione cælesti in-  
flictam, simul etiam vlcus in eius corpore e-  
ropit cui carbunculo nomen erat, quo nomi-  
ne & gemmæ quibus diadema illud insigni-  
tum erat appellatae fuere.

Victor lib. i. de persec. Vandalica, procu-  
lum quendam Arianum in rabiem versum  
frustil-

exempla  
diuinæ vlti-  
onis in e-  
os immis-  
sa tunc de-  
monstra-  
runt, de  
quibus Ba-  
ron. Anno  
Chr. 556.

23.  
Zon. &  
Paul. diac.

24.

hauddubie  
fuit obse-  
sus.

frustillatim sibi linguam comedisse seu vo-  
rasile & turpissima morte consumptum esse.  
ait, quia de pallis altaris sibi camillas & femo-  
ralia fecisset.

25.

lib. 4. de  
gest. Fran.  
c. 47. 48.

Greg. Turon. lib. de gloria plurimorum  
confess. c. 63. testis est quosdam in alpibus dif-  
rupta sub pedibus terra viuos ac horrendis  
modum vociferantes in tartarum descéndit,  
eo quod calicem aureum à Leone imp. Eccles-  
iae Lugdunensi dono missum adulterare, aut  
parte detracta & argento in eius locum sub-  
stituto, conarentur.

26.

Viginti milites, teste Gregor. Tur. mons-  
terium in quo B. Martini erant reliqua in-  
grediuntur, monachos cedunt, monasterium  
euertunt, resq; diripiunt, de quibus facientes  
sarcinas naui imponunt, ingressisque flum  
protinus vibrâte carina huc illucq; feruntur.  
Cumq; amissio auxilio remorum, hastilibus  
lancearum in fundo aluei defixis, remeare co-  
narentur, nauis sub pedibus eorum dehisca-  
& vnuquisque ferrum quod contra seten-  
bat pectori defigit, transuerberatq; cunciu-  
proprijs iaculis interimuntur. vnu tantum  
ex ipsis qui eos increpabat ne ista commis-  
serent, remansit illæsus, &c. hæc Greg. suu-  
poris suæq; regionis res gestas describens.  
scirelegi suis ipsorum singuli armis confu-  
perierunt, quo discant inpij passuros se vi-  
dicem Deum cum in res ipsi dicatas insurge-

27.

Cum Charibertus Rex Francorum in lo-

le seu vo-  
ptum ell.  
as & femo-  
urimorum  
alibus d.  
orrendum  
descendit  
imp. Eccles.  
terare, aut  
ocum sub-  
Tur. mons  
eliquia in-  
monasterium  
us facientis  
ue fluum  
; feruntur  
, hastilibus  
emeare co-  
m dehinc  
tra seten-  
cig cunctis  
nus tantum  
committit  
eg. sicut  
scribens. Su-  
is confuli-  
uros se vi-  
as insurge-  
rum in lo-

quodam quem basilica S. Martini possidebat, Anno 460.  
quasi ipse possessio eius esset, equos suos iussit Chr. 572.  
li, & equi coaceruatum scenum cœpissent comedere, corripiuntur rabie, & frementes ad inuicem, disruptis locis per plana resiliunt & infugam vertuntur, & sic male dispersi alij excaecantur, alij rupibus præcipitantur, alij se sepiibus ingerentes palorum acuminibus trahuntur. Stabularij nunciarunt Regi rem illam (Ecclesiæ) iniustissime detineri. Et dixerunt, dimitte eam, & erit pax tibi. Qui furore repletus dixisse fertur: Siue iuste siue iniuste reddi deberet, regnante me hanc basilicā non habebit. Et ptinus diuina iustione obiit. Hæc prolixius Gregor. Turonen. de mirac. S. Martini lib. 1. cap. 29. Sic rem gestam concludens: audite hæc omnes potestatem habentes: sic vestite alios ut alios non spolietis: hoc adiungite veltris diuitijs ut damna non inferatis Ecclésijs: vindex enim Deus velociter seruorum suorum.

28.

Idem (li. 1. deglor. mart. c. 105.) de militibus qui basilicam S. Vincentij martyris in Francia inuaserunt ait: alij à dæmone correpi, nonnulli in flumine Garumnæ necati, multietiam à frigore occupati diuersis in partibus diuersorum morborum genere vexabantur, &c. li. 7. hist. c. 21. plerisq; ait, manus diuitius vrebantur, emitentes sumum magnum sicut ex incendio surgere solet, &c. plurimi proprijs se iaculis sauciabant.

France.

29.  
id de glot.  
Conf. c 71.  
Nota zelū  
Episcopi.

Typus is es-  
rat dereli-  
& penitus  
loci.  
Child. dat  
pœnas pa-  
trati scel-  
sis.

Franco Episcopus Aquensis à Childerico plumbum qui tunc primus apud Sigebertum Regem tempore Fracorum habebatur, villa Ecclesie Aquensis spoliatus, & trecentis aureis condemnatus, prostratus in oratione coram sepulchro Sancti (Metriæ) ait: Non hic accendetur lumen, neque psalmorum modulatio canetur, gloriosissime sancte, nisi prius vinciscaris seruos tuos de inimicis suis resque tibi violenter ablatos Ecclesia sanctæ restituas. Hæc cum lacrymis effatus fentes cum acutis aculeis super tumulum proiecit. Egressusque clavis ostijs similiiter in ingressu alias collocavit. Nec mora, crepitum per usus oratione febre, decumbit in lectulo, exhorret cibum, fastidit & potum, professo stuans iuge suspirium, cui etiam si interdum ab ardore febris sitis accederet, aquam uitum, nihil aliud hauriebat. Quid plura? in hac cogitatione integrum dicit annum, sed mens prava non fletitur. interea labitur casarii cuncta cum barba, & ita omne caput remanens nudum, &c. His & talibus miser afflictus malis sero recognit dicens: Peccavi eo quod spoliauerim Ecclesiam Dei atque Episcopum sancto intulerim iniuriam. Nunc autem a quantocumque, & redditiva villa sexcentos aureos super tumulum sancti deponite, hoc vobis estum esset, ille statim spiritum exhalavit, locratusque est detrimentum animæ per adeptionem acquisitionis iniquæ, &c. Pluribusque Greg. ostendens renouatum Antiochiensem



Childerico plumbum, qui licet in extremis positus violati plane cuneum Regem templi Dei pœnitentiam præ se tulerit, abla- etisq; mors tique restitui præcepisset, ab ægritudine ta- talibus rex men qua detinebatur haud valuit conuale- timescenda mors An- scere. tuochi.

In insula Paro ex templo Dei matris pul- 30.  
cherrimo barbarus quidam pirata, Nisirus no-  
mine, Arabs genere, Cretenium classis prefe-  
tus, lapidem quendam admodum formo-  
ta S. Theos-  
sum in Cretam tentauit abducere, & illius san-  
ctitatem idolorum superstitione polluere. Nou.  
Hac eo cogitante, ac petram amouente, diui- vi. loces de  
no nutu in eam granditatem pulcherrimus il- Iconomas-  
le lapis excreuit, vt eius immensitatem chis, & de-  
retempli porta non posset. Id cum vidisset  
Arabs atq; integrum deportare se posse diffi-  
ceret, furijs incitatus diffringi iubet, & in par-  
tes diuisum disiectumq; transferri. Sed diui-  
nus iudex poenas ab improbissimo latrone  
haud sero repetiuit, cum enim ad Euboeæ  
promontorium quod Xylophagum appel-  
lant (naues enim compactas ex ligno demer-  
git) peruenisset, naufragium audacissimus pi-  
rata fecit, mariniq; fluctus diuinæ vltionis ad  
ministri nefarium prædonem hostemque fa-  
ctorum penitus obruerunt, exemploque fuit  
quā illis perperam res cedat qui in Virginis  
dona conantur inuadere.

Sanctissimæ Dei matris nomini consecra- 31.  
ti Augustæ vrbis templi tanta olim sanctitas Authore  
& religio fuit, vt ex eo sacrilega manus nun- Bernone  
Gg quam Abbate

**Augiense  
in vita V.  
dalrici E-  
pisc. Aus-  
gustani.**

quam quicquam impune sustulerit. Ex tap-  
toribus unus furens amentia manus sibi ipse  
lacerauit, neque prius sui dilaniandi atque  
mordendi finem fecit, quam à seipso milere  
discerptus interijt.

32.

Alter librū ex eodem loco furatus vēdiū,  
cumq; libri p̄c̄io equum coēmissit, domum  
deduxisset, pr̄sente, audienteq; vxore, equi  
pulchritudinem p̄stantiamq; laudasset, si-  
bi de animalis commoditatibus explausisset,  
librum qui tām vtilis fructuosusque fuissest  
restitui debere negasset, cordata prudētū  
vxor contra exclamauit, vtinam ne librum,  
ō coniux, attigisses. perstat ille in sententiā  
& bestiæ contuendā finem non facit. Ean  
quin imo, vt ferē fit in huiusmodi empicio-  
bus leniter tractat, dorsumq; & caudam  
manu demulcet. Hęc agenti, gestienti, &  
mere glorianti durissimum calcem effe-  
rūs equus impressit, quo vulnerē exanimū  
subito concidit, & sacrilegij debilitam penam  
& iustum, morte persoluit.

33.

Tertius mitiore mulctatus est pena,  
quod se tempestive ac maturè correxisset.  
Cum enim vilis straguli quo mensæ tegu-  
tur partem vel rupisset, vel quam rupam  
inuenerat sibi audacius usurpasset, à dano-  
ne occupatus nullum neque extra neque in-  
tra ædis limen latebræ locum inuenit, &  
cum se lustrali aqua ad diabolum fugi-



Ex tap.  
s sibi ipse  
ndi atque  
so misere  
s vediuit,  
t, domum  
xore, equi  
udassit, si  
plausisse;  
que fuisse  
rudensque  
ne librum,  
n sententia,  
ncit. Eum  
i emptione  
& caudan  
tienti, & n  
cem effera  
re examina  
am peccan  
est pena  
correxit  
ens & tegu  
am rupem  
et, à dano  
a neque in  
inuenit, i  
um suge  
da

dum aspergeret, tamen mali illius comitis  
spectum vitare non potuit. Quocunque se  
verteret, ubi ubi pedem poneret, in Satha  
nam itineris individuum solum incurre  
ret. Ergo reuersus Augustam quod abstule  
rat reddidit, sanctoque Vdalrico Augusto  
no Episcopo, magno integerrimæ Virginis  
matori aduolutus ad genua ob sacrilegium  
pœnam sibi postulauit imponi. Eum Epis  
copus clementer acceptum à dæmone libe  
ravit, dominumque remisit meliora cogitan  
tem, &c.

Vt Guarnerius (Theodorici Regis Frai  
corum in corrodendis pecunijs minister) vi- 34.  
dit monumentum S. Austregisili à Christia  
nis auro argentoque mirifice exornatum di  
xit arrogantissem: Austregisilus aurum su  
um & argentum in pauperes erogare de  
buit, non iubere ut suum sepulchrum illo  
tegeretur. Non hoc ille dicebat quod ei  
cure essent pauperes, sed instar Iudee pro  
ditoris auaritia æstuabat. Cumque in ipsa  
basilica ambularet, lignum quoddam ad quod  
vela suspensa erat ab alto ruit super caput eius.  
Manauit igitur sanguis à capite per oculos  
& barbam, & ad terram usque defluxit. ipse  
vero feruens malitia Augustodunum ire  
instituit, vt eius loci Episcopum perde  
ret. In ipso autem itinere in pago quodam  
cum omnes recubuissent, surrexit à mensa,

Sur die 26.  
Maij.

Gg 2 & ad



ita illusus  
homo au-  
rum rapi-  
ens aurum  
soniat sed  
plenu ira  
Dei vas il-  
lud fuisse  
declarauit  
euentus.

35.  
Anno  
Chr. 741.

dira ob im-  
mētos do-  
lores mor-  
te consum-  
ptus nō ta-  
men absq;  
exomolo-  
gesi ex hac  
vita reces-  
sit.

& ad exonerandum ventrem secessit. Interim  
somno correptus obdormit, euigilans dicit  
assistantibus: Anstagis filus & Sulpitius hęc ho-  
ra vrceum aureum miserunt mihi. Quis ve-  
strum habet illum? Negantibus illis se quid-  
quam huiusmodi vidisse, sua verba repe-  
nsciens quid diceret. mox vero intellit aeu-  
& viscera omnia in cloacam deciderunt, eae  
nocte vitam perdidit, &c.

Carolus Martellus Princeps Francorum  
pater Pipini, multorum monasteriorum eue-  
sor & Ecclesiasticarum pecuniarum in vis-  
proprios commutator longa torsione & ve-  
renda morte consumptus est ait S. Bonifaciu-  
scribens epistolam ad Ethelbaldum Merio-  
rum Regem in Anglia, hominem scelestum  
mūm ut eum reuocet ad pœnitētiā. Sievi-  
dex Deus inuasores iurium Ecclesiarum pri-  
cipes Christianos pœnitentes intet dum mil-  
rādo cruciatu ante interitum vult affigi, tun-  
vt posteris sint in exemplum non minuendū  
vel violandi Ecclesiasticam immunitatem  
vtque non leue esse delictum quod peccari  
ex portentosis & pene insolitis ab ultore mo-  
mine illatis pœnis, possit intelligi, tum etiam  
vt (cum ijdem Catholice vixerint & alia com-  
plura bona fecerint, maxime vero quod pro-  
pagatibus fidem adiutores fuerint) quod pa-  
carunt in Ecclesiæ iura h̄ic luant potius que-  
damnentur perpetuis cruciatibus in inferno.  
Et certe si profanarum etiam rerum raptu-

it. Interim  
us vindictam pro foribus astitis se s̄epe le-  
gilans dicit  
ius h̄c ho-  
Quis ve-  
llis se quid-  
bare repeti-  
testina eius  
erunt, eaq-  
Francorum  
otum eue-  
um in vis-  
tione & ve-  
. Bonifaci-  
um Merco-  
n scelasti-  
am. Stev-  
ianum pro-  
ter dum mis-  
affligi, tun-  
n minuend-  
munitati,  
od peccant-  
o vltore mo-  
i, tum ethi-  
& alia com-  
o quod pro-  
) quod pu-  
potius que-  
s in infern-  
rum rapte-

ilantes Deo semel oblata supplicium diuini-  
us irrogari? Impius plane est qui eiusmodi  
sacrilegijs obnoxios, nisi p̄enitentes satisfaci-  
ent, p̄enas posse euadere sempiternas existi-  
mat.

<sup>1. Cor. 6.</sup>  
neq; fures,  
neq; rapas  
ces regnū  
Dei possi-  
debunt.

Hincmarus de translat. S. Remigij: Quan-  
do, ait, tres fratres Reges (Francorum) Lotha-  
rius, Ludouicus, & Carolus regnum post pa-  
tris sui obitum inter se diuiserunt, Episcopi-  
um Rhemense Carolus Caluus inter homines  
suis diuisit, villam Iuliacam Richuino (Co-  
miti) in beneficium dedit. Cum vero vxor il-  
lius nomine Berta in cubiculo villa ipsius ia-  
ceret, venit ad eam S. Remigius dicens: Non  
est iste locus tuus ad iacendum, alterius meri-  
& officij esse debet qui hanc villam habere  
& in hoc cubiculo iacere debet; surge quanto-  
cyus, & hinc abscede. Quod illa paruipendit, Deus qui  
putans se visum inane videre, altera vice ve-  
nit ad eam S. Remigius, & dixit ei: Cur hinc  
non abscessisti sicut tibi praecepi? vide ne am-  
plius hic te inueniam. Quod illa ut prius pro-  
nibili duxit. Tertio ut venit ad eam S. Remi-  
gius dixit: nonne etiam semel & secundo tibi  
praecepi ut hinc abscederes? Sed quia contem-  
plisti hinc pergere, aliorum deportatione ab-  
cedes, & percussit illam virga quam tenebat  
in manu. Quæ, toto corpore in maximum tu-  
morem cōuersa, quod vidit viro suo Richui-

360

Misericors  
Deus qui  
neminem  
vult perire  
terribilis  
exemplis  
significat  
quam gra-  
uiss. scelus  
sit bona Ec-  
clesiarum  
abripere.

Gg 3 no

no & alijs quam plurimis dixit, & per aliquor dies seuerissime cruciata vitam finiuit. Subiicit Hincmarus aliud exemplum de quodam sacrilego qui incredibiliter inflando intumuit, sicq; medius crepuit & mortuus est, &c.

37.  
lib. 5. de  
gest. Frac.  
c. 20.  
Sur. to. 2.  
die 25. Iuli;  
Anno  
Chr. 845.

38.

**Nota Dei**  
potentiam  
qua punit  
profanos,  
& pietate  
qua saluat  
innocentes.

Quomodo à Deo percussi sint sacrilegi enunci Northmañi copiosè refert Aimonus (seu Aimonus qui præsens adfuit) cū inter canentes inquit: Cū trabes Ecclesiæ (S. Germani) miserimus iste populus incidere tētauisset, tres ex maligno eoru numero ante altaris crepidine B. Stephani, inualidi totius virtutis robore entes ceciderūt, atq; cōfracti incredulas deponibiles animas alijs timore percussis exhalantes perpetuas descenderunt ad ymbras, vnde edax vermis eorum non morietur. Et: accidit ut unus eorum, &c. strictum gladium polluti gestans manu columnā marmoream (tempore) terdecies totius corporis annisu, veluti vapores hostem, percuteret, ei cōtinuo manus extre, qua columnā inciderat, virilitas evanescit, ut post primū diem usq; ad infelicem eum de hac vita decessum semper immobilis aridaque, ut fuerat extensa, permaneret, manubrio vero ferri ita manu cōpaginatum inhäserit, ut nunquā ab ea aliquo ingenio vel arte, nūc cū cutis parte auelli potuerit. Qui tādiū nimis vexatione cōpatientis corporis cruciatus, donec miserrimā finiret vitā, plenus indignationis & ire, moribus dēmonū deuectus ad morticas sedes cocytii, fœtidūq; locū auerni, Subiūgit: insuper & ita disenteriq; morbo

affecti (Northmañi) vt dū quotidie morerentur, nullus ex tāta multitudine se putaret euādere. Et: morbo quo in Ecclesia p̄dicta percussi fuerant quotidie deficiente, cruciabantur, cruciatiq; nequissimas miserabiliter animas exspirauerunt, nemine quos secū habebat Christianorum huiusmodi plagam sentiente,

Subijcit: Ragenarius Dux auctor; totius memorati mali ante Horich Northmannorum principem cū ingenti superbia veniens ostendit ei quod secū hinc asportauerat aurum argentumq; multū, &c. Et tremens illico ac pa-

uedulas deponit, tres credidini crepidini s roboresculis exstremis, vestimentis, vībris, vīmbra, vīlatis evanescit, manibus felicem omnino nobilis arida manu, manubriū, in hæc vel arte, nū i tādiū nū cruciatus, enus indiguet, auerni, morbo

Psal. 2. Et  
nunc Reges  
intelligite,  
&c.

Horich  
suorū san-  
guine ex-  
piavit delia-  
tū captio-  
uos vero  
Christia-  
nos liberos  
dimisit, seu  
fidelibus  
liberatem  
concessit.

inflatus ac totus tūgidus extitit vt nec auditus, nec visus, nec odoratus, vel gustus in eius corpore discerni potuerit. Sicq; diffusis ad postremū visceribus mediis crepuit, vitāq; miserri- mus inanem finiuit, &c. De reliquo Northmannorum interitu addit: ab eo die quo monasteriū S. Germani ingressi sunt, donec p̄cinaliter cuncti interirent, viscerum inflationē percussi sunt, quatenus omnis eorum ceterus eriam in patria quotidiā moriens periret, p̄ter quos Horich postea iussit occidi, &c.

Gg 4 Deo

Deo debita iura peruidunt, cæcaq; dominandi libidine violant sacra septa angelorum val-  
lata custodia atq; defensa, vt dum in sacra in-  
concessa sibi manus injiciunt, barbaros ipsi  
sentiant veloces vltores eosdemq; voraces  
que feroce, & inexplebiles grassatores eo-  
rum sanguinis cupidissimos. Repte hic ait ad-  
mirandus & imitandus in historijs Baronius:  
Quamdiu defensores rerum Ecclesiasticarum  
& propagatores earum vixere Francorū Re-  
ges, vt Pipinus & Carolus Magnus, qui legi-  
bus, armis, multoq; sanguine bona Ecclesia-  
stica illibata seruarūt, redditi sunt omnes eo-  
rum hostes infirmi, & iugo submissi, propa-  
gatum est regnum, nō menq; Francorum sum-  
ma gloria toto orbe diffusum. Vbi vero di-  
ptione rerum Ecclesiasticarum aduersus De-  
um conflatum est bellum, imbellis populi  
Reges socordes, & obtusa facta sunt arma, ho-  
stes vero eorum in capite, &c.

Thren. 1.

40.

Excusus est Antuerpiæ año 1568 ab Ema-  
nuele Tronesio dialogus Pasieuati & Pasqui-  
ni idiomate Belgico de vita & moribus Calvi-  
ni, Vireti, Bezæ & aliorum, approbatus à co-  
missarijs Regiæ maiestatis, sub cuius finem  
author quendam ex optimatibus Genevæ  
filio & authoritate sua obtinuisse vt in basili-  
ca primaria D. Petro Apostolo cōsecreta sum-  
mi altaris lapis (quem Innoc. III. & alij Ce-  
nonum authores mensam altaris vocant) ou-  
moueretur, & in locum supplicij transfe-



ur, ut damnati in eodem loco decollarentur,  
dij; in contumeliam & contemptum tremen-  
torum mysteriorum. Contigisse vero dein-  
de ut idem ille quātumuis primarius senator  
Geneuensis primus in eodem lapide capitali  
censura plecteretur instar Aman qui su- **Esth. 7.**  
spensus est in patibulo quod Mardochæo pa-  
raverat.

Greg. Turon. Gomacharius Comes ait a-  
grum Ecclesiæ Agathensis peruadit, Leo Epi- **41.**  
scopus huius Ecclesiæ valde mœstus concur- **lib. i. de**  
rit ad eum, dicens Relinque, ô fili, res paupe- **glor. mart.**  
rum, quas ordinationi nostræ Dominus com-  
mendauit ne tibi sit noxium, & à lacrymis e-  
gentium qui de fructibus eius ali consueue-  
rant eneceris. ille vero quia erat hæreticus,  
paruipendens de his quæ ab Episcopo dice-  
bantur, rem in sua dominatione retinuit. in-  
terim procedēte die arripitur à febre. Cumq;  
non modo ardore corporeo, verum etiam a-  
nimæ vexaretur incommodo, misit ad Epi-  
scopum nuncios dicens: dignetur pro me sa-  
cerdos orationem ad dominum Deum fun-  
dere, & ego dimittam agrum eius. Quo oran-  
te hic à valetudine qua grauabatur conualuit,  
factusq; sanus ait suis: Quid putatis, quid isti  
nunc Romani dicant? aiunt enim me ob hoc  
fuisse febre grauatum quia tulerim agrum  
eorum, quod mihi iuxta consuetudinem hu-  
mani corporis accidit, veruntamen non ha-  
bebunt eum me viuente. Et dicto citius misit  
**Gg 5** qui

qui eum iterum auferret. Quod cum Episcopuſ comperiffet, venit ad eum dicens: Num pœnitet te prius fecisse bene, quod hoc iterum conaris euertere? ne facias quæſo, & vocationi diuinæ ſubiaceas. Qui ait ad Episcopum: Sile, file, decrepite: jam infrenatum te loris circumire urbem ſuper aſinum faciam, ut ſis in ridiculo omnibus qui te adspicerint. At ille filens ad nota recurrit preludia, pſternit in oratione, celebraſt vigilius ac noctem totam in lacrymis & pſallendo dicit. Mane autem facto accedit ad lychnos qui de camera Ecclesiæ dependebant, extendensq; virgam quam tenebat in manu, effigit cunctos, dicens: non hic accenditur men donec vlciscatur Deus de inimicis, & ſituat res domus suæ. Hæc eo dicente pronus hæreticus ille in rediuuiam febrem corruit. Cumque in extremis ageret, misit ab pifcopum, dicens; oret pro me ſacerdos dominum ut viuam, & reſtituam agrum, & ſimilem eius conferam dominationi, quibus Pontifex respondit. Iam orauit ad dominum & exaudiuit me. misit & alios ac tertios ad um nuncios. Sed ſacerdos in vno reſponſo persistens, non moquebatur ad hæc ut pro orationem daret ad dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iuſſit ſe in plauſtro componi, atque ad eundem euehi, ac per ſe depocari Epifcopum, dicens: quia dupliſatiōne reſtituo agrum quem inique perut

tantum ut oret pro me sanctitas tua. illo quoque recusante, compulit eum vi ut abiret ad Ecclesiam, quo discedente, ut Ecclesiam est ingressus, & hic spiritum exhalauit, & Ecclesia rem suam confessim recepit.

Iulianus auunculus Iuliani Imp. dicitur id studium habuisse ut in thesauros imperatorios plurima & pretiosa Ecclesiæ Antiochenæ vasa reconderet, & clausisse Ecclesias, & vniuersos clericos effugasse, & solum tunc Theodoricū stetisse presbyterum. Quem cum tamquam vasorum custodem comprehensum crudeliter sauciasset, nouissimè præcepit gladio occidi. Qui fortiter inter vniuersa tormenta respondit, & pro dogmatis confessione deuit. Cumque vniuersa Deo dicata vasa & palia collegisset, projiciens hæc in terram contumelijs & iniurijs ut voluit, afficiens Christum, super ea etiam sedidit, & cumulum auxit injuriarum. Moxq; verenda eius & loca se. moribus circumposita feruntur esse percussa, & ad tantam peruenit putredinem, vt vermes procrearentur, medicis laborantibus nec valentibus vincere affectionem. conficiebantur enim omnimoda preciosaque medicina ex pinguis volatilibus, ut eorum pinguedine corrupta & putrida membra linirentur. Hoc facto vermes ad superficiem provocabant, quia in profundo ebullientes per vias serpebant carnes. Et donec moreretur non fuit ab hac affectione securus.

Hoc

42.

Soz lib. 5.  
cap. 7.Bredenb.  
lib. 5. c. 49.  
ex li. 17. 10.  
rum Rom.Eutropij  
& lib. 18.Niceph. c.  
28. refert  
pœnā vio-  
lantium ec-  
clesiam &  
reliquiasS. Alexan-  
dri mar-  
tyris.

Hoc itaque claruit diuina indignatione sa-  
ctum, cum etiam custodes imperialium the-  
saurorum, & alij plurimi aduersus ecclesias in-  
surgentes, inopinata & miseranda morte de-  
functi sint, quasi superna indignatione dam-  
nati.

**43.** Cum sub Iuliano Apostata iuberentur va-  
Theod. li. 3 sa Ecclesiarum sacra fisci ærario deputari, sub-  
c. 11. & 12. latis ianuis Ecclesiæ maioris quam Constan-  
vi. in loco tinus ædificauerat, Fit cunctis accessibile san-  
de Templis ctuarium. ingrediente siquidem Iuliano pre-  
exemp. 12. fecto Orientis ecclesiam, Felix præpositus ro-  
galium thesaurorum pariter introiuit, & hi-  
mul Elpidius Comes rerum priuatarum. A-

**Chrys. ho.** iunt enim & Felicem & Elpidium prius Chi-  
4. in Matt. stianos, tunc à pietate recessisse, impio prin-  
quo tem- pi parere cupientes. Iulianus itaq; præfetus  
pore lul. a. impudenter contra sacrum altare minu-  
postata ius Quem cum Euzoios prohibere tentaret, eum  
sit diripi ille percussit in capite. Fertur autem dixile  
temporū Christianorum inuentiones cælestium cu-  
ornamen- non vacare. Porro Felix videns vasorum or-  
ta, præcis namenta, quæ Constantinus & Constantius  
pue vasa frequenter obtulerant: Ecce in quibus, in-  
sacra, mox quæstori re- quæstori, vasis Mariæ filio ministratur? Sed pro-  
gius perme his impietatibus vasa nisiq; præsumptionibus  
diu ruptus non post multum pœnas exacti sunt. Num  
exspirauit, & Iuliani repente Iulianus sæuo morbo correptus vil-  
auunculus ceribus putrefactis interiit. Et excremen-  
à vermi- non per meatus egestiuos emittebat, sed so-  
bus corro- lestum os, quod blasphemis ministravera-  
susinteriit.

ORG



organum huius excretionis est factum. aiunt  
autem illius vxore fide fuisse clarissimam, eamque  
dixisse: Decet te marite laudare saluatorem  
Christum quoniam tibi per hanc correptionem  
nem magnitudinem propriae virtutis ostendit.  
Non enim agnoueras contra quem pug-  
nare voluisti, nisi consueta longanimitate hec  
tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo ver-  
bis & passionibus imminentibus caussam lan-  
guoris cognoscens, rogabat imperatorem, ut  
Eccllesia quibus fuerat ablata redderetur. Sed  
ne illum flexit, & ipse terminum vitae suscep-  
pit. Porro Felix & ipse repente flagellum vir-  
tute diuina suscipiens sanguine toto die simul  
& nocte ex ore fuso, & venis corporis vndique  
vacuatis, omniisque virtute simul expensa, & ipse  
celeriter est extinctus, aeternaque morti con-  
traditus.

Gregor. Turon. refert quomodo paganus 44.  
quidam sepulchrum S. Helij Episcopi spolia- degloria  
re instituens, ab ipso sancto tam diu extensis Confess.  
lacertis sit constrictus donec a populo depre- c. 62.  
henderetur.

### SANCTORVM IRRISIO NON RE- linquitur impunita.

SVr. tom. 3. mense Iulio, in antiquissima S. Vtinam  
Carilephi vita: Mulier quædam Gunda nostri tem-  
nomine quam clandestinus supplantator ille- poris muli  
xerat spiritui sancto volens illudere, virili ercularum  
præsumpta veste, in beatissimi Carilephimo audacia  
naste- hoc exple- reprimatur